

et omnium ordinem generales, doctores theologie et utriusque iuris
innumerable multitudo de omnibus studiis generalibus. Ibi
fuerunt ambasiatores sollemnes regum principum communium
capitulorum ecclesiarum diversarum. Qui omnes in nomine Domini
congregati generale concilium sollempniter celebraverunt. et Gre-
gorium et Benedictum tanquam fautores scismatis per senten-
ciam diffinitivam deposuerunt, et tanquam hereticos condemna-
verunt. et quendam cardinalem Romanum papam elegerunt
qui dictus est Alexander V in die S. apostolorum Petri et Pauli
a. d. 1409. In hoc anno fuit celebratum concilium et scisma horren-
dum sedatum quod duravit per annos 35. Quo scismate nul-
lum scisma antea fuit diuturnitate longius et tanto magis
ecclesie periculosius.